

inspiravit, ut non vos prius eligeret, sed antea^{m)} vos eum et eligeretis et diligeretis^{l)}. Sed et^{m)} nos, o domine et coangelice papa, vestigia vestraⁿ⁾ sectantes et salubria monita recipientes, quem amatis^{u)} amamus, quem dilexistis diligimus, quem elegistis eligimus, et quod in eo auctore omnium bonorum Deo^{o)} sive divina benedictione sive sacra unctione sive coronae imperialis impositione gessistis, viscerabili^{o)} affectu sequimur et celebri laude prosequimur et digna honorificentia veneramur atque totius^{p)} sensus nostri nisibus^{p)} ita permanere atque pollere semper optamus. Sed et si necessitas fortassis^{q)} exegerit, totis officii nostri conatibus adversus aliter sentientium^{q)} molimina resistere satagemus. Cum enim secundum apostolum¹⁴⁾ non sit potestas nisi a Deo, et haec praecipue quae^{r)} tam pio collata est, haud^{r)} dubium quin Dei^{s)} ordinationi resistit^{s)}, qui isti ordinationi, quae nobis ministrantibus caelitus facta est, obstinata mente resistit. Apostolico quippe culmini, docente sancto Bonifacio papa¹⁵⁾, nemo umquam obices^{t)} manus intulit, nisi qui de se voluit iudicari. Durum est^{u)} autem^{t)} contra stimulum calcitrare¹⁶⁾ vel^{u)} contra^{v)} adversus^{w)} impetus fluminis conari^{v)} 17).

Item^{w)} summus pontifex:

Quia igitur, fratres dilectissimi^{x)}, inspiratio divina omnium nostrum corda in unum sensum et in unum eundemque^{y)} deliberationis finem direxit^{x)}, ut scilicet^{y)} unum sentiamus et unum dicamus omnes, et non sint in nobis schismata, quae in^{z)} praefato piissimo et tranquillissimo imperatore spirituali^{a)} filio nostro Karolo auctore Deo^{z)} sive preces benedictionis super caput eius infundendo sive sacrae unctionis oleo

l) qui nimirum ... et diligeretis *fehlt M.* m) Sed et] Quare *M.* n) vestra vestigia *M.* o) viscerali *M.* p) visibus *M.* q) sentientibus *R.* r) non est *M.* s) resistat *M, P, Bi, S.* t) *fehlt M.* u) *über der Zeile nachgetragen R; fehlt P, Bi.* v) coronari *R;* Durum est ... conari *fehlt M.* w) Iterum *M.* x) *verbessert aus dilexit R.* y) si *M.* z) quae in] quod *M.* a) *fehlt M;* spirituali *P, S.*

m') contra *H, P, Bi.* n') amastis et *S.* o') Domino *P, Bi.* p') totis *Bi.* q') fortasse *Bi.* r') quam *H.* s') Domini *P, Bi.* t') Duri autem est *H.* u') et *Bi.* v') *fehlt P, Bi, S, Ba.* w') adversos *H (vielleicht richtig).* x') charissimi *P, Bi.* y') unum eundemque] eundem *Bi.* z') Domino *P, Bi.*

14) *Rom. 13, 1.*

15) *Migne, P. L. 20, Sp. 782.*

16) *Vgl. Act. 9, 5 und 26, 14.*

17) *Vgl. Eccli. 4, 32.*